

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Relinquere af  
cum fonte primo

Plerumque tanto zelo codicem  
seruant ut eum ne leuiter quidem legi  
uel contingi ab aliquo sinant, et inde  
occasiones impaciencie ac mortis

acquirere. Cumque omnes diuicias suas  
pro Christi amore disperserint,  
pristinum tamen cordis affectum in rebus  
minimis retinentes et pro ipsis  
nonnunquam mobiliter irascentes, ueluti  
qui non habent apostolicam caritatem  
ex omnibus infructuosi sterilesque  
redduntur.

Iohannes in collatione abbatis Moysi.

nam et  
plerumque nonnulli tanto zelo codicem  
seruant, ut eum ne leuiter quidem legi  
uel contingi ab aliquo sinant, et inde  
occasiones inpatientiae ac mortis  
incurrunt, unde monentur stipendia  
patientiae et caritatis  
adquirere, cumque omnes diuitias sus  
pro Christi amore disperserint,  
pristinum tamen cordis affectum in rebus  
minimis retentantes et pro ipsis  
nonnumquam mobiliter irascentes, ueluti  
qui non habent apostolicam caritatem,  
ex omnibus infructuosi sterilesque  
redduntur.

Iohannes Cassianus, *Conlationes XXIII.*,  
1, 6, 2 (CSEL 13, M. Petschenig ed.,  
p.12, ll.14-22).